



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ezechielis Spanhemii Dissertationes De Praestantia Et
Usu Numismatum Antiquorum**

Spanheim, Ezechiel

Amstelodami, 1671

De Legum latarum titulis, Tabellariae &c. in Nummis, ac unde. De aliis
Operibus publicis instauratis aut refectis, Viis, Pontibus, Arcubus. De
Legionibus M. Antonii, Nummis ejusdem & Cleopatrae. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12878



Neque enim minus LEGUM latarum memoria,
quam Gestis aut Operibus aliis nobilitata illustrium
Familiarum insignia deprehendas. Adeo etiam ut in-
ter præcipuos honores Augusto mortuo decretos, ceu
maxime insignes relatum continuo audiamus, *ut L E-* Tacit. An-
GUM LATARUM TITULI, *victarum ab eo Gentium*
vocabula anteferrentur. Ut proinde haud mirum sit vide-
re adhuc hodie aut in denario Gentis Cassiae signatam
LEGIS TABELLARIÆ memoriam cum litteris
A. C. seu ABSOLVO & CONDEMNO, hoc est
easdem Tabellas damnatoriam & absolvitoriam, quarum
meminit alicubi Tranquillus; aut in eadem Cassiae, a- In Augu-
stum DE SUFFRAGIIS latam à Cassio Longino
cum littera A in Tabella, qua vocem ANTIQUO
haud dubitem designari; aut in Cœlia LEGEM PER-
DUELLIONIS cum Tabella & litteris L. D. seu LI-
BERO & DAMNO; aut in Porcia LEGEM PRO-
VOCATIONIS ad Populum, à Læca Tribuno Plebis
latam cum adscripta ejusdem formula PROVOCO;
aut denique LEGEM APIAM de peregrinis cum
Tabella, in qua P API inscripta. Sed opera pretium
erit eosdem præclaros denarios, eo quo illos enarra-
vimus, ordine lectorum oculis uno obtutu inspicien-
dos dare.

Dddd 2

Refer-



Referri huc etiam possent & altera Tabella, in qua
S O R s inscripta in Gente Plætoria, & Judicium Vé-
stalium cum alia rursus Tabella in nummo Gentis Cas-
fæ expressum. Inter Acta scilicet illustrium Romano-
rum nihil ita proprium aut illustre olim habitum,
quam Leges ab iis latæ, quod alicubi docet Tullius, &
exemplo Cæsaris firmat; *Nihil tam esse in Actis Cæsaris,*
quam *Leges Cæsaris.* Mox; *Equid est quod tam proprium di- ci possit actum ejus, qui regatus in Rep. cum pœnitentiæ impe- rioque versatus sit, quam Lex?* Quere aucta Gracchi, Leges
Semproniae proferentur, quere Sylla, Corneliae. Hinc etiam
Cato in odium Cæsaris legum ab eo latarum cognome
Juliarum scilicet, secundum quas tum judicia fie-
bant, in prætura suppressissè apud Dionem legitur.
Haud aliter nempe ac Metello infestos Senatores no-
men ejus Legi ab eo latæ detrahere, aliudque inscribere
voluisse, idem auctor alicubi testatur. Adeo nempe glo-
riosum videbatur, Legem proprio nomine inscriptam
promulgasse. Apposite hanc in rem Chrysostomus;

Philip. I.

LXXXVII.

LXXXVII.

xlv

καὶ ἡλῶσῃ τις, καὶ μηδέπεται τέτο τὸ έθός, πρὸς τὸν ἔχεται Homil.
ζούτες εἰς εστι λέγειν οἱ ἐγγόνοι καὶ οἱ ἐγγόνων, οὐ δένεται κα-
λὸν τέτον Νόμον πέωντος εἰσῆγαστον Ἐτιανῆι αμuletur ali-

quis ac imitetur hunc morem, habebunt Nepotes ac nepotum filii, quod sciscit antibus referant, talem scilicet proclaram illam Legem primum intulisse. Ita etiam ut in superioribus Nummis impletum videlicet opportunum Scriptoris dignitate & meritis ætate nostra haud inclebris monitum, quod in civilis prudentiae plena Henrici VII.

Anglorum Regis Historia consignatum reliquit; Prae-Verulanius
cipue vero (nostro quidem judicio) hoc ipsum optimis Historia Bac.

Scriptoribus desit, quod scilicet non satis crebro summarie referant Leges maxime memorabiles, que temporibus, de quibus scripsierint, perlatae sunt; cum sint Leges Acta Pacis principalia. Etsi enim in voluminibus Legum ipsarum maxima ex parte reperiri soleant, neutquam tamen hoc tam bene informat judicium Regum & Consiliariorum & virorum ci-
vilium, quam si videant eas descriptas, & veluti DEPI-
CTAS in Tabulis Temporum. Inter publica autem Opé-
ra, à quibus instructis olim vel instauratis quæsiti etiam Tituli & Familiae decora, V I A E, P O N T E S, A Q U A-
D U C T U S haud postremum sibi locum vindicarunt, ut sequutis temporibus liquet etiamnum ex Constitutio-
ne Arcadii in Codice Theodosiano; Quoniam V I A S, Lib. 36. O-
P O N T E S, per quos itinera celebrantur, atque A Q U A-
D U C T U S, Muros quinetiam juvari provisiss temporibus opor-
tere signasti. Alibi autem, Absit ut nos Instructionem V I A E Lib. 6. de
publice & P O N T I U M, stratarumque operam titulis Ma-
gnorum Principum dedicatas inter fôrdida munera numeremus. Unde non mirum in aliquot denariis Gentis Vi-
nicie expressam Columnam cum memoria V I A R U M
ab Augusto MUNITARUM, nempe QUOD V.
M. S. aut QUOD VI A MUN. SUNT. Proprium
modus

D d d 3 nempe


nempe hic *Muniendi* vocabulum frequens eo sensu
apud Tullium, Livium, Suetonium, aliosque, sicut
& *Viarum Munitio*, unde in Codice Theodosiano Ti-
tus 3.1.xv. tulus de *Itinere Muniendo*. Sic P O N T E M è subilio à Le-
pido Quæstore lapideum factum exprimit etiamnum
denarius Gentis Æmiliae. Celebrem vero ductum A-
QUÆ M A R C IÆ, à quodam Philippo Gentis Mar-
ciæ erectum, ostendit ejusdem denarius cum inscr.
PHILIPPUS A Q U A M R. Meminit vero illius præ-
Diff. Epist. ter scriptores rerum Romanarum Arrianus, qui Aquam
lib. 11. Marciam non deteriorem Aqua Dines alicubi pronun-
tiat. Ita Hadriani Aquarum ductus infinitos, seu
Orat. xxv. *aeq[ue] m[er]itis*, ut eleganter eos vocat Gregorius Theo-
logus, suo nomine nuncupasse auctor in ejus vita Spar-
tianus. Quibus inserere liceat expressam A Q U A
C L A U D I A E memoriam in singulari Nummo ejusdem
Claudii, quem apud Abbatem Braccesium una, ut me-
ministi, inspectum præclaro ejusdem Viri beneficio
hic vulgamus, & de quo integrum sit penes diligentes
antiquarios judicium.



Eundem videoas ab Occone descriptum, ac inter rarissimos Nummos adnumeratum. Mitto varia adhuc & illustria Quiritium vestrorum gesta, ut Aretam Ara-
bum

bum Regem à M. Scauro pulsum, in cuius rei memoriā REX ARETAS cum Camelo in ejusdem denario expressus, supra à nobis alia occasione adlato. Manūt autem illud nomen ARETAS familiare in eo tractū, unde apud Procopium legas Alamundanum quendam Bell. Pers.
Saracenum Areṭā filium Veneri immolasse; alibi, Are^{1.11.c.28.}
tham (sicut ibi scribitur) Regem Arabum à Justinia- Ibid. c. 18.
no cōstitutum. LIBERTATIS nomen & insigne,
Pugiones, Pileum, EID. MARTIAS non in Bruti
solum, aut Cassii, aut Lentuli Spintheris, sed Plæ-
torii etiam Nummis reperiēs; ut hinc facile istum con-
juratis adnumeres, & quæsitam ab iis omnibus hand
importuni facinoris vel gloriā vel tesseram cernas.
Nonne vero in scenam rurſus M. ANTONIUM pro-
dire fatearis; ita amores ejus, imperia, victorias, fœ-
dera, res mari ac terre in Europa ac in Oriente contra
Parthos, Armenios aliosque gestas, insignia Deorum
adsumpta, totam denique hominis histrioniam tot su-
perstites illius Nummi ponunt in conspectu? LEGIO-
NES certe ejusdem in Fœdere Mutinensi ad **XLIII** Bell. Civil.
adscendisse narrat Appianus, post Philippensem au-
tem victoriam ad **XXVIIII** reductas. At enim xxv con-
tinua serie ad **XXXIIII** eadem interrupta, distincta
totidem hujus Antonii Numismata repræsentant. Tra-
dunt etiam ignota aliunde quarundam Legionum no-
mina; qualia **XIV. ANTIQUA**; **XVII. CLASSICA**;
XVIII. LIBYCA; sicut ex carundem Legionum nu-
mero **QUINTA** occurrit à Vespasiano restituta, **S-
EXTA** autem à M. Aurelio & L. Vero. Nummos vero
ab eodem Antonio cum Cleopatræ effigie, percussos
Anagniæ observabam non ita pridem apud Servium,
qui ad illud Poëtæ, *quod dives Anagnia posset, notat;* *di-
ves Anagnia aut fertilis aut adludit ad historiam.* Nam An-
tonius

tonius Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit Uxorem, MONETAM ejus nomine in Anagnia civitate iussit fieri. Rarissimus autem nummus æreus, qui hinc caput fratris Lucii, nempe L. ANTONIUS, illinc Marci continet cum litteris M. ANTONIUS, qualem una vidimus apud illustre Matronarum decus Feliciam Rondanini. Rara præterea ipsius Antonii cum illa Augusti sorore seu Octavia conjugæ effigies, de qua mox ad historiam Augustarum. Quid commemorem jam VOTÆ pro salute ipsius AUGUSTI communis omnium Ordinum consensu suscepta, & ejus rei caussa luculenta certe ac digna quæ proderetur ad posterorum memoriam. Quid nempe Per Eum Rep. In Ampliori Atque Tranquilliori Statu Eset? SELLAM CURULEM a-pud Romanos cum impositi Corona, in Ludis ac Theatris absentibus etiam aut mortuis positam, ut eximium aliquod honoris insigne, notarunt jam eruditis, & non semel auctores antiqui meminere. Præter Livium vero aut Dionem, ex quibus hunc morem ad Tacitum ilustravit Lipsius & ad Suetonium Casaubonus, clarissima illius rei argumenta veteres Nummi etiamnum suppeditant. Hinc in denariis GentisJuliae Sella Curulis spectatur cum Corona superimposita, sicut in altero quoque nummo Gentis Lolliae.



Quem morem viderat quoque juxta Lipsium Fulvius,
Bell. Civil. ac præter Dionem adnotavit jam olim Appianus. Origo autem ejusdem profecta cum ex honore ~~πρεσβετης~~ in
Thea-

Theatris quæsito, ut observarunt jam viri docti; tum ex simili honore Diis exhibito in illis ludorum solemnitatibus. Id clare satis innuit Dio, adserens decretam ejusmodi sellam Cæsari, εξ ισχ ροις τε γεῶν. Ludi Lib. XLIV.
 nempe Gentilium, ut notum, Diis sacri; unde factum ut Coronæ illis ac sellæ tanquam supremis Ludorum Præsidibus ponerentur; quæ postea cum reliquis Deorum honoribus defunctis vel absentibus Cæsaribus aut Conjugib[us] Augustorum, sicut Faustinæ apud Dionem, eorumve conjunctis, ut Marcello, Germanico, aliisque id genus Augustæ Domus subsidiis communicatae. Unde factum etiam paullatim, ut non una, sed plures ejusmodi sellæ in signum majoris erga defunctum reverentiæ tribuerentur; sicut tres sellas aureas mortuo Pertinaci decrevisse Severum refert idem Dio. Lib. LXXIV.
 Alias, quod observo, nec in Theatris solum, sed in Templis quoque ejusmodi sellæ honos Cæsaribus non-nunquam exhibitus; unde absente Caio, sellam ejus Patres in Templo positam adorasse apud Dionem legas. Neque vero aliena ab hoc more, immo eidem plane consona apud hodiernos Chinenses obtinere video, ubi receptum tradunt ne ullus Legatus ad Regis conspectum admittatur, nisi adorato prius solemni ritu superiorum Regum folio. Ita liquet hue etiam referendas duas sellas Curules cum Corona, obvias in nummis Domitiani argenteis, quales nuper versabam in Cimeliarchio Barberino, mortuis nempe & consecratis Vespasiano ac Tito ibi dicatas. Ejusdem notæ etiam Titi nummus aureus cum sella Curuli & Corona, cuius sensum non adsequutus est eruditus alias Areschotanorum Nummorum interpres. Mos autem ille repetitus videtur ex usu veteris Reip. quo in illustrium funeribus, majorum effigies cum auro radiante toga ebur-

E c c e neis

586 DISSERT. SEXTA DE PR. ET USU NUM.

Lib. viii. neis sellis impositæ, ut me docuit Polybius. Neque ve-
ro id apud Romanos solum, sed apud Græcos etiam &

Barbaros usitatum videoas in iis, quæ in Alexandri fu-

nere observat Curtius, Tunc Perdiccas Regia sella in con-

spectum vulgi data, in qua Diadema Vèstisque Alexandri
cum armis erant, Annulum sibi pridie traditum à Rege in ea-

dem sede posuit. Immo quod ferme præteriisse, simili-
lis honor sellæ Curulis habitus jam olim Manio Vale-

rio Dictatori, ut diserte auctor est Livius, ne eundem
sub Julio Dictatore itidem, qualis signatur in nummo

paullo ante expresso, repertum credas; super solitos ho-
nores locus in Circo ipsi posterisque ad spectaculum datus, S E L-

L A in eo C U R U L I S posita. Cæterum de sellis Curu-

libus eorumque usu plura qui volet, adeat de sellis Ve-
terum Parergon, quod nuper edidit ad Marmor Pi-

fanum vir elegantis eruditioñis ac industriae Valerius

Chimentelli.



DIS.